

Dsl zu Pore Za 65 35 d 40

aber teilw. anderer Drucker

**ELOGIVM
CAROLI DIESKOVII,
VIRI ILLVSTRIS
ET EXCELLENTISSIMI
SCRIPTVM**
J. E. WITTEN.

MAGDEBURGI,
 LITTERIS CHRISTOPHORI SALFELDII VIDAVÆ.

Vnde exaltare & innuiri nos in confecta ratione litorum
 tunc, omnium actiones humaniores in te conuenerit, ut nulli
 obsoleto, nullusque negotio nubiliter adiecerit, dñeque dies
 omnium temporum mœnies aripi, dñsmodi omnes
 longioris sit. Ita vero cum in sec. A. in coquido stude
 opificalibus, inveni, cum ariete, nulli conuictum fui
 gitterum, in cetera negliguum pectoris novum, bestiæ
 nupti scismaticos. Ait enim sa eximiusque eis

pacti



CAROLI DIESKOVII

VIRI ILLUSTRI



Aroli Dieskovii, Viri Illustris &
antiquissimæ nobilitatis, elogium fa-
tis digne scribere, qui sibi sumserit, is
aut excellenti ejus ingenio instructus
esse debet, aut certe Viri virtutes pa-
rum illuftrabit. Laus præterea Dies-
kovii excelsa & illustri loco in conspectu totius provinciæ
sita, omnium oculos animosque in se convertit, ut nulla
oratione, nulloque elogio indigere videatur, quippe quæ
omnium seculorum memoria vigebit, quamque omnis
posteritas alet. Ego vero cum in hoc Viro colendo atque
observando, tantam, cum viveret, mihi constituerim fan-
titatem, ut etiam sanctissimum pietatis nomen, parum
mihi accommodatum videatur ad exhauriendam ejus
vim

vim ac magnitudinem : a me nullo modo impetrare potui,
ut, dum alii ejus jaſturam publicis scriptis lugent, alii vero
cum summis laudibus in celum tollunt, ego ſolus conticeſcam,
aut ut mors, quam nuper, Deo jubente, obiit, ex animo meo
ejus evellat memoriam. Poſtulat id a me , prater multas
alias cauſas, gratiae mentis officium, quod debo Viro, qui
me ſumma ſemper proſecutus eft benevolentia , quique in
me ornando ac juvando nullum tempus nullumque locum
prætermifit. Hujus autem benevolentiae illuſtre ſane
documentum dedit paucis ante diebus, quam e vita migra-
ret, cum me ſingulare humanitatis teſtificatione comple-
xus, hiſ verbiſ compellavit: Ego Te ſemper toto pectore
amavi, teque amabo ad extreum vitæ exitum. Neque
minorem erga me praſe tuliſt benevolentiam poſtridie,
quo ego die, officii & amoris cauſa, conveni Virum im-
mortalitate digniſimum.

Patrem is habuit Carolum Dieskovium, matrem vero
Annam Sufannam Dieskoviam, quae gens longa nobilitatis
ſerie, partim in Saxoniam, partim vero in hac provincia in-
ter multas alias diu multumque eminuit & tanquam lumen
aliquod eluxit. Parentes nobilissimi, a quibus procreatus
fuit, in ampliſſimo praedio Knauthen diēto, ac prope Li-
pliam, florentiſſimum Germania emprium, ſito, ſibi id pra-
cipue datum eſſe negotii crediderunt, ut illum instruendum
curarent iis artibus, quae nobilitatis ſplendorem ornant,
quæque ad aeternam felicitatem aditum patefaciunt. Adſciti
itaque Magiftri doctrina & virtute praefiantes, qui illum ho-
nestiſſimiſ artibus imbuerent, quorum memoriam Diesko-
vius ſemper grato animo coluit, ut eorum mentionem fe-
cerit in vita ſua, quanm ipſe a ſe conſcriptam, moriens reliquit.
Domesticis majorum exemplis inflammatuſ, quorum multi

pacis & belli artibus illustres, immortalitati nomen suum
commendarunt, statim in prima adolescentia ad verum
decus, quod in virtute & doctrina positum est, strenue ac
feliciter contendit, suo exemplo ostendens, quid in excelsa
indole valeat majorum gloria. Honestissimarum artium
virtutisque praesidio munitus, cum utroque parente orbatus
est, celeberrimas Germaniae Academias, primo nempe
Francofurtum ad Viadrum, deinde Wittebergam concess-
it, ac in utraque strenuam dedit operam summis Jure-
consultis, qui ibi eo tempore vivebant. Ad hanc indu-
striali cum adjungeret praeftantissimum, quod a Deo na-
tus erat ingenium, illico in omni, sive publici sive privati
juri scientiae parte, tantas fecit progresiones, ut animad-
verterent & Doctores & commilitiones talem eum olim
futurum, qualem cognitum nos nunc judicavimus, amis-
sumque deploramus. Has disciplinas ut ornaret prudentia,
qua ex itineribus sapienter institutis, & ex consuetu-
dine cum viris sapientissimis, hauritur, moratores Eu-
ropæ gentes adiit, ac splendidissimas regiones lustrans, stu-
diose observavit, non tantum quæ oculos atque animum
oblectant, verum etiam ea, quæ animum instruunt, quæ
monstrant, quæ in vita præ cæteris honesta sunt ac
utilia. Reversus ex itineribus, quæ pari prudentia ac felici-
tate confecerat, statuit in opulento, quod naestus erat,
prædio, vitam transigere, ut familiae prospiceret, ac remo-
tus à vita strepitu, sibi & Deo viveret, admonitus præce-
ptis & exemplis summorum & sapientissimorum virorum,
qui ejusmodi vitam beatissimam semper judicarunt. Eo
consilio modeste detrectavit munera, quæ a quibusdam
Germaniæ Principibus non contemnendis fortunæ & digni-
tatis

tatis præmiis ipsi offerebantur. Quoniam autem intelligebat, Viros ingenio & doctrina præditos, artes, quas didicerunt, in communem vitæ societatem conferre teneri, ac nos non solum nobis esse natos, sed etiam patriæ, ab hujus caritate recedere, religione sibi duxit. Itaque, cum Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburgicus, ex præscripto Pacis Westphalicae, regionem hanc in ditionem suam ac potestatem redegisset, ac Dieskvio munus Consiliarii, ut vocant, provincialis detulisset, pro sua in Principem pietate ac pro singulari erga Remp. amore, illud suscepit. Neque idem solum fecit Fridericus Rex Borussiæ, verum illum etiam adjunxit societati Virorum, quibus tunc commiserat administrationem hujus provinciæ, quod munus postea auxit Consiliarii intimi dignitate. Isdem munieribus tandem ornatus fuit a Rege Potentissimo, in quibus munieribus quadraginta annos versatus, nihil prius nihilque antiquius habuit, quam ut obsequium Principi, amorem patriæ, fidemque omnibus præstaret. Amantisimus justitiae, in qua maximus virtutis splendor situs est, summa cura illam administravit, ita tamen, ut quando res postulavit, eam traducere ad æquitatem. Fuisse cum præterea abstinentem, continuisse cupiditates, facilem in rebus cognoscendis ac in hominibus audiendis, se præbuuisse, exploratum est omnibus. Etsi autem Dieskoviæ sepius gravissimis corporis cruciatibus urebatur, nunquam tamen abduci potuit a muneri administratione, quin ipsi invitabant dolores, ut labores expeteret, nullamque officii partem deficeret. Rerum divinarum ac humanarum peritissimus, singulari Deum immortalem pietate ac religione coluit,

ac, quantum humana contempsit, tantum cœlestia spectavit. Summam autem Viri humanitatem, morum facilitatem, liberalitatem in egenos, animi probitatem, moderationem in prosperis, ac constantiam in rebus adversis, ingenii lumen, judicij rectitudinem, summamque sapientiam, suspererunt omnes, quotquot ejus virtutes habuerunt cognitas. Qui illum in consilium adhibuerunt, hi omnes summis laudibus evehunt ejus in consilio dando prudentiam, neque quisquam tam humilis fuit, cui aditus ad eum non pateret, quando attulit consilium ejus expectavit, aut ope in imploravit. Eadem vero, sanctissimum illud huiani pectoris bonum, servavit non amicis tantum, sed & omnibus, qui illa indigebant. His animi ac virtutum ornamentis praeditus, Dieskoyius, non tantum facile omnium amorem sibi conciliavit, verum etiam summam apud multos autoritatem. Si id habet senectus, ut ingenium, memoriam, & consilium nonnunquam minuat, certe in Dieskvio illa nihil pergit, mansit enim ejus ingenium, quod præstantissimum habuit, ad extremam vitæ munerasque perfunditionem. Dolent Viri mortem Patres conscripti, quos Rex Maximus regendæ huic provinciae præfecit. Dolent Dieskovi jacturam amici bonique omnes, qui virtutem amant. Dolet patria universa, erupsum sibi esse tantum decus tantumque præsidium. Dolet hanc fati acerbitatem afflictissima pariter ac nobilissima familia, quæ non patrem tantum amisit, verum etiam columen ac præcipuum quoddam ornamentum. Neque enim, facile quisquam invenietur, qui familiam suam majore complexus sit amore, quam Dieskovius. Maritus fuit incomparabilis, & pater optimus, quorum alterum decla-

declaravit in matrimonio dulcissimo, quod contraxerat cum
Conjugis generosa, sexusque sui decore, cum qua XL annos
conjunctissime vixit, alterum vero ostendit in liberis
regendis ac ornandis. Ex multis liberis, quos ex felicissimo,
quod dixi, matrimonio suscepit, nonnullos premissit,
filium reliquit unicum, paternae virtutis & dignitatis heredem,
filias verbis tres, quarum duas eum Viris splendidissimae
nobilitatis matrimonio conjunctae sunt, tertia vero
celibet vitam agit. A primis juventuris temporibus mul-
tis morbis, ac inter hos, gravissimis articulorum doloribus
fractus fuit, quos tamen mente in Dei voluntate defixa,
mira patientia animique constantia toleravit ac sustinuit.
Tandem aeternitatis desiderio incensus, rerumque huma-
narum pertulsi, quo magis appropinquare animadvertisit
mortem, eo magis id operam dedit, ut, cum ultimum vitæ
tempus adficeret, mortem eo animo exciperet, quem optare
debent omnes, qui serio cogitant, ex hoc momento
promanare aut aeternam felicitatem, aut sempiternos in-
ferorum cruciatus. Haec vero meditatio mortis eluxit
cum in vita sua, quam scriptis Dieskovius, tum in ultimo &
gravissimo quem naatus fuit morbo. Simulac enim illius
vim sensit, statim se divino arbitrio, memorabili animi
robore, permittens, delictorumque veniam a Deo singulari
animi fiducia ac dolore petens, usu sacræ cœnæ animum ar-
mavit adversus mortis mala, molestias autem cum morbo
conjunctas, ea patientia tulit, quam in toto vita cursu ex-
presserat. His armis divinoque auxilio munitus a. d. xix.
Octobr. animum cœlo, unde demissus fuerat, placide pa-
cateque reddidit, vitamque, quam gloriosissime degerat,

anno LXIX. nondum completo finivit, incredibile sui desiderium relinquens, quod nulla ætas exhaeret, quodque ipsa intuebitur æternitas. Satis ille sibi vixit, satis naturæ, satis etiam gloria, parum tamen vixit cum patriæ, tum suis omnibusque, qui ejus virtutem horunt, quicquid Ejus ope usi sunt ac consilio. Salve sanctissima ac beatissima anima, quæ ex hac turba & colluvione ad æternum illud domicilium sedemque beatorum evolasti, quæ æterna luce coruscans, sempiternisque gaudiis affluens, summum rerum omnium arbitrum, æternum felix contemplaris, quæque inter celentes triumphans, eis bonis abundas, quæ nulla mens complectitur, quæque nullis aliis finibus circumscribuntur, quam ipsa æternitate. Te, Generose Dieskovi, in vita præ multis colui ac observavi. Teque rebus mortaliuum exemum in vita æterna, inter purissimas mentes conspicendi, ac cum illis Dei laudes canendi, gravissimo flagro desiderio.



B

78 M 407

ULB Halle
004 387 996

3



Sb

gerichtet,
s leicht gemacht.
lichtet,
unckeln Nacht.
aube,

The title page features a large, ornate coat of arms at the top, depicting a central figure, possibly a saint or a personified virtue, standing between two lions. The coat of arms is flanked by two large, detailed floral sprays. Below the coat of arms, the title text is centered in a large, bold, serif font.

ELOGIVM
CAROLI DIESKOVII,
VIRI ILLVSTRIS
ET EXCELLENTISSIMI
SCRIPTVM
A
J. E. WITTEN.

SCRIPTVM

J. E. WITTEN

MAGDEBURGI

LITTERIS CHRISTOPHORI SALFELDII VIDVÆ

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Centimetres